Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hereditas domini filii merces
fructus uentris. Sicut sagitte
in manu potentis ita filii excussorum. Beatus uir qui impleuit
desiderium suum ex ipis. non con
fundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.

Beati omnes qui timent
dominum qui ambulant in uiis
eius. Labores manuum
tuarum qui manducabis beatus es
et bene tibi erit. Vxor tua sicut
uitis habundans in lateribus domus
tue. Filii tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mensse tue. Ec
ce sic benedicetur homo qui timet do
minum. Benedicat tibi dominus ex
sion et videas bona ierusalem omnibus
diebus uite tue. Et videas filios
filiorum tuorum pacem super
israel.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea et etiam non potuerunt mi
hi. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores. prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus con
cidet cerbices peccatorum. confundantur et conuertantur retrorsum omnes
qui oderunt sion. Fiant sicut
fenum tectorum quod prius quam
euellatur exaruit. De quo non
impleuit manum suam qui me
tet et sinum suum qui manipulos co
llegit. Et non dixerunt qui preibant
benedicto domini super uos benedixi
mus uobis in nomine domini.

De profundis
clamauit ad te domine do
mine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes in
uocem deprecationis mee. Si iniq
uitates obseruauis domine domine
qui sustinebit. Quia apud te p
propitiatio est. et propter legem tuam
sustinuit te domine. Sustinuit
anima mea in uerbo eius speauit
anima mea in domino. A custo
dia matutina usque ad noctem speret
israel in domino. Quia apud dom
inum misericordia et copiosa apud eum re
demptio. Et ipse redimet israel ex
omnibus iniquitatibus eius.

Domine
non est exaltatum cor meum
neque elati sunt oculi mei
neque ambulauit in magnis neque
in mirabilibus super me. Si non
humiliter sentiebam sed exaltauit ani
mam meam. Sicut ablactatus est
super matre sua ita retributio ani
ma mea. Spet israel in domino ex nu
nc et usque in seculum.

Memento
domine dauid
et omnis mansuetudinis
eius. Sicut iurauit domino vo
tum uouit deo iacob. Si introi
ero in tabernaculum domus mee si
ascendero in lectum stratum mei. Si
dedero somnum oculis meis et pal
pebris meis dormitationem. Et re
quiem tempori meis donec inue
niam locum domino tabernaculum
deo iacob. Ecce audiuimus eam